



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 119. Conservatorum sententias, an alii iudices exequi teneantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Q U Æ S T I O C X I X .

Conservatorum sententias an alii iudices exequi teneantur.

S U M M A R I U M .

1. Executioni sunt demandanda sententia conservatorum.
2. Executioni non sunt demandanda sententia nulla.
3. Sententia per appellationem suspensa, exequenda.
4. Sententia lata secundum statuta loci particularis, non est in alieno territorio executioni demandanda.

- 1 **L**onge & late materiam hanc examinatam reliquit Cardinalis Tuscanus in *concl. verb. executio & verb. iudex*. Paucis ego executioni demandandas esse sententias quas conservatores in suis requisitorialibus litteris enarrant licet esse cognitionis atque jurisdictionis, idque nisi manifeste constat processum conservatoris esse nullum, *Anchar. conf. 382. D.D. cap. de cetero de reg. jur. explorata* nimirum Baholi sententia existimantis, civilem iudicem cognoscere posse de iustitia sententia & processus iudicis ecclesiastici, in *l. d. v. ff. de Castr. reor. l. magistratibus ff. de iurisdict. om. iud.*
- 2 Quod limito, nisi a sententia conservatoris afferatur appellatum, *Abb. & D.D. cap. 1. de offic. ord. Albert. l. Episcopatu C. de Episc. aud.* Idque nisi talis sit sententia, quæ non obstante appellatione executioni debeat demandari, *Argenter ad cons. Brienne. Tir de iustices art. 5 fol. 16. littera C.* Denique iudicem unius territorii non teneri executioni demandare sententiam iudicis alterius territorii latam non secundum jus commune, sed secundum statuta loci iudicis executionem requirentis tradit Hippolitus de Marfilis, *sing. 138. Oberius de Bonacursu in sua praxi sui. de impedimentis executionem vers. 7. ubi late Apost. quo loci gloriatur hac se cautela multas executiones elusisse.* Qui huius fatinæ plura videre gestit, legat Cardinalem Tuscanum, loco iam laudato, *Vincenium Carocium trad. de Remediis adversus damnosus executiones.*
- 3
- 4

Q U Æ S T I O C X X .

Iudices Ecodienles an & quibus casibus ad executionem sententiarum per conservatorem Academia Lovaniensis latarum teneantur.

SUM-